



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea: Insuper & caro
mea requiescat in spe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

*Nec commo-
near.* Ne commouear, non dicit, ne tangar, ne tenter, ne sentiam: Nam fides pe-
tens affectus est, exerceri uult & quiescere non potest nec sinatur, ueruaciu-
manet semper & nō mouetur, non deturbatur. Hoc est enim uictoria nostra
fides (ut, j. Iohann. ij. dicitur) nostra: Et Paulus dicit nos a deo semper triunphare
(id est, triumphatores fieri) in Christo.

Propter hoc latatum est cor meum & exultauit lingua mea:

Insuper & caro mea requiescat in spe.

*Fiduciam sea-
patur affec-
tus dulcis.* Hoc est quod dixi, Ad fiduciam istam cordis bona deo, infallibiliter se-
qui latitiae cordis, & dulcissimum affectum erga deum & omnem creaturam. Sic en-
tendentis spiritus sanctus diffunditur in cor, q̄ rursum cor hoī diffundi. & di-
latatur in omnem promptitudinem, omnia gratuito faciendo & patienti, tan-
ram deo q̄ hominibus, Ibi inimicos nō minus q̄ amicos diligit, efficiuntq;
bens omnium seruos, ut omnibus queat prodesse, sui ipsius non modo incur-
sus, sed etiā prodigus factus. Sic psal. iiiij. cum dixisset. Signatu est super nos la-
men uultus tui dñe, mox secutus dicit, Dediti latitiam in corde meo, idem
duo ista cōnectens fidem & latitiam cordis, sicut & hoc loco facit.

Ad hanc autē latitiam mox sequitur, laus, prædicatio, gratitudo & iactantia
diuinæ misericordia, idq; cum summo cordis gaudio: ideo nō simpliciter dico.
Confitebitur lingua mea, sed exultabit, id est, exultans & tripudians loquetur:
Quē affectū hebraus etiā altera nominis Epitasi & Emphasi sic eloquitur. Ex-
Gloria D. 4. ultauit gloria mea, nos lingua, pro gloria, habem⁹. Videtur mihi David hoc
uid.

sibi p̄r ceteris proprium habere, ut gloria suam appelleret, uocalem & exteriori,
rem laudem & iactantiam, in qua non modo deum glorificet, sed p̄t teneri/
tudine affectus, etiam glorietur in ea glorificatione, sic enim loquitur psal. cv.
Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Et. xxix. Vr̄ca-
te tibi gloria mea, & non compungar, domine deus meus in aeternum confi-
tebor tibi. Et. cvij. Cätabo & psallā in gloria mea. Et. lvj. Exurge gloria mea,
exurge psalterij & Cythara, exurgā disfuculo. In his omnibus claret gloriam
meam esse idem quod cantici meum, uel uocem meā, qua gloriatur & glorifi-
cat. Quare & hoc psalmo canere debemus, ne gloriam suam Christus credatur
appellare famam suam, sed potius officium, quo in deo gloriat, immo glo-
rians & latus deum glorificat. Nec memini hoc usi gloriā meā alibi legisse
in scripturis, Itaq; erumpentis latitiae & exuberatissimi affectus haec uerba sunt,
quod iterum experientia docet, nō lingua nec calamus.

An autē ista omnia in Christi persona dicantur pro tempore passionis sur-
quari potest. Si enim id dederimus, manifestum est, Christum in media passi-
one summa fuisse exultatione gauisum, ut haec uerba psalmi probat, de qua re
multi multa querierunt, & nescio an inuenierint, Ego uero arbitror nō esse ne-
cessarium ad tempus passionis referri, propheta enim neq; ordinem rei gelata
Christo seruant, neq; omnia uno loco canunt, multaq; in medio relinquunt,
nec est necesse rem gelatam ordinem texere, dum prophetia in persona Christi aut
alterius formatur. Satis est omnia uera dici, ordinēq; rebus gerendis relinque-
re: Nec Euangelista ubiq; ordinem seruat, Estq; celebrata regula scriptura, in-
telligende, presertim prophetice, multa dici per anticipationem & recapitula-
tionem: Ita & hic dum Christus se confiteatur in patre latum esse & gloriar &
prædicare, tacitus omnibus operibus & uirtutib⁹, quas in eodem gaudio fecit,
ad ultimā

ad ultimum transflit, ac si dicat: Non modo prædicabo & glorificabo, uerum etiam ut taceam opera & uirtutes & totam uitam meam, libens etiam moriar, & eadem fiducia certus sum, quieturam quidem carnem meam mortuam, sed in spe & expectatione certissimæ resurrectionis.

Verbum hebraicum, Requiescet, idem est quod præcedenti psalmo dictum est. Requiescet, seu habitabit in monte sancto tuo, unde Hieronymus hic ueritatem mea habitabit, confidenter. Significatq; ut dictum est, quietam & pacificam habitationem, quasi illud psal. iiiij. dicat: In pace simul dormia & requiesca, alio quoq; significatione, significat sepelire, psal. viij. Et gloriam meam in puluerem dederat, id est, sepeliat, ut possit etiā sic uerti aut saltem intelligi, Caro mea sepeliet in spe. Verum Petrus Actuum. iiij. hunc uersum nō iuxta hebreum, sed iuxta. lxx. citat, nec sepeliēdi uerbum, nec gloriam meam tangens, sensum tamen neutra translatio uitiat.

Igitur noua est hac Propheta de nullo antea audita, unus enim hic & solus Christus generalem illam totius generis humani dirumpit poenam, Gen. iiiij. statutam: In puluerem reuertaris, neq; de illo alio scriptura tale qd loquitur, etiam si pie opinemur, idem de uirgine gloria, & sancto Iohanne, scriptura omnes pulueri tradit, solus hie nouo & uere aureo Michitham latissimum affert nuncium, carnem suam non in puluerem ituram, sed in pace morituram & expeccaturam. Singula ergo uerba & aurea sunt & ponderada, mea caro, scilicet suam unicam excipiens ab omnium carne, quorum nulla mansit aut quietuit, sed omnis omnium abiit in puluerem, ubi mortem indicat, quia separato spiritu uere sicut omnium aliorum mortua fuit. Ingens ergo miraculum similiter mori & non similiter corrupti. Et caro requiescet, id est, etiam si sepelietur, sicut & aliorum, tamen quietem & pacem habebit, nō enim tangetur illa putredine aut uerme, quæ pax & quietes nullius est alterius carnis. In spe, nō enim in finem ita quiescet, sed expectabit, ut rursum excitetur & uiuat. Ecce qd prius uerbis Christum prædictum, resurrectum, quo indicat se clarissimam & plenam habuisse cognitionem Christi morituri & resurrecti. Et merito hū locum Apostoli insigniter præ ceteris extulerunt.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Explicat quod dixerat: Requiescet in spe, ista est spes, scilicet qd non derelinques nec corrupti simes, hoc est, absq; dubio suscitabis. Et placet dici, non spiritum meum, sed animam meā, heb. נָפְלָה Naphlī, qd anima pro uita in scripturis accipi soleat, seu pro anima, in quantum uiuificat & uegetat corpus, ut ostendat spiritus, Christum uere ad uitam corporalem reuocandum esse.

Sanctus hoc loco, נָסִד Nasid est, qui gratia spiritus sanctificatus est, & Christus propriæ & passim in scripturis appellatur, sanctus dei, sicut Christus dominii. Nec inuenietur in singulari numero, facile illus, qui sanctus dei dicitur, seu sanctus tuus, præter Christum solum, quem & hic solum prædicat David. Hebraismum illum notum existimo, uidere corruptionem pro corrupti, sicut uidere mortem, pro mori, non uidere mortem, pro non mori, ut est apud Lucam. iiij. & Ioannem. viij. quo forte scriptura uititur ad indicandam diuinam uirtutem, cui omnia uiuunt & nihil perit aut corruptitur, sed nobis perimus & nobis morimur, ac corrumpimur.

Ff - Sensus